

Burcheardi:
Historia
juris Ro.
muni.

1785.



10
22
HISTORIA
VRIS ROMANI

IN
VSVM AUDITORVM
CONTRACTA.

Ms 4856

7.



KONFRIED
UNIVERS.
ZVHALIE

HERBORNÆ 1785.





KÖNIGLICH
UNIVERS.
ZVHALLE

SERI

GY

AR

FOH

CIVI

DITA

TVM

RE

N

INI



SERENISSIMO. EXCELSISSIMOQVE
PRINCIPI. AC. DOMINO

DOMINO

GVILIELMO. V.

ARAVSIONIS. ET. NASSAVIAE

PRINCIPI. REL.

FOEDERATARVM. BELGII

CIVITATVM. GVBERNATORI. HERE.

DITARIO. ET. IMPERATORI. TERRA

MARI. QVE. SVPREMO

TVM. ANGLICI. PERISCCELIDIS

TVM. BORVSSICI. AQVILAE

NIGRAE. ORDINIS

EQVITI

RECTORI. ACADEMIAE

MAGNIFICENTISSIMO

DOMINO. SVO. CLEMENTISSIMO.

Ne moleste feras, PRINCEPS

INDVLGENTISSIME, leues

X

hasce

haec pagellas Excellentissimo Tuo
nomine illustrari, a cuius splendore
et dignitate plurimum decoris atque
aestimationis sperare omnino fas est.
Nec tamen solam libelli inscribendi
causam esse, non infitias iuro. Ete-
nim hanc ego occasionis opportuni-
tatem cupidus arripui, publice per-
soluendi deuotissimas grates, pro in-
genti beneficiorum, quibus me per
ipsa haec sex lustra, queis mihi in
Athenaeo Nassauico iura profiteri li-
cuit, maerasti cumulo, et praesertim
pro largiore non ita pridem clemen-
tissime

tissime mihi decreto munusculo nu-
mario, itemque pro Consiliarii Aulici
honore (quem nuper Consiliarii Aulici
primarii Elogio augere placuit) in me
collato, quorum memoriam sanctif-
simam tantum abest, vt vlla vnquam
temporis deleat obliuio, vt potius
calcar addant eo acrius, omnesque si-
mul mihi intendant neruos, in qui-
buscunq; demandati muneris parti-
bus, quo magis spem in me colloca-
tam si non superare, tamen quoad
spiritus hos reget artus, summa de-
mississimi animi religione implere non

desi-

definam, ceterum TANTI PRINCI-
PIS impensissimo favori me et quid-
quid meum est, enixe commendans
EXCELSISSIMI NOMINIS TVI

Scribebam Herbornae

d. 31. Octobr.

1785.

CULTOR, CLIENS ET SVBDITVS

DEVOTISSIMVS

WOLR. BURCHARDI.

L. S.

Trado tibi, L. B., hanc HISTORIAM IVRIS ROMANI CONTRACTAM, summa et cognitione dignissima capita sola complexam, qua saepius in enarrandis Iuris Scientiae Romanae fatis atque vicissitudinibus usus sum. Quanquam enim ego non adeo sum suffenus vanae gloriolae cupidus, ut noui et exasciati quid me contexuisse superciliose vel arroganter existimem: nec tamen magnum, quod ex usu propriarum linearum, si quando vel in ordine disciplinae, vel in materia ab aliis delineationibus deflectit interpres, redundat commodum, a quoquam negatum iri certo certius confido.

Ceterum leuem hanc opellam meosque conatus reliquos iudicio grauium et bonorum virorum de meliori nota commendare non erubesco. Dabam Herbornae d. 31 Octobr. 1785.

A 2

Conspe-

C O N S P E .

A) *sub Regibus* (§. 2.) per
244. annos imperantibus, a
quibus *leges regias* sunt de-
nominatae.

Historia Iuris
Romani com-
plexa est (§. 1.)
tres periodos.

B) *sub ciuitate libera*,
(§. 3. sqq.) ab A. V. C.
224 - ad 754) in qua
occurrunt. (Vid. p. sq. B.)

C) *sub Imperatoribus*
(§. 11. ad §. 26.)
(Vid. p. sq. C.)

- C T V S.

FONS LEGVM, Ius decemvirale, A. V. C. 304.
promulgatum. (§. 4.)

B. < { Ex iure non scri-
pto (§. 5 - ad
§. 8.) { a) Ictis §. 5.
a) Pontificibus §. 6.
a) Praetoribus §. 7.
Incrementa et exten-
siones { Ex iure scripto (Legibus §. 9.
(§. 5 - 10.) { (§. 9. 10.) { Plebiscitis §. 10.

C { a) Ante Iustini-
anum, qua
aetate ortum
habuerunt
§. 11 - 14. { 1) Responsa prudentum §. 11.
2) Seta §. 12.
3) Edictum perpetuum §. 13.
4) Constitutio-
nes principum { a) Gregoria-
collectae in co-
dices tres §. 14. { b) Hermo-
genianum.
c) Theodo-
sianum.

b) Sub Iustini-
ano, qui edi-
dit legum col-
lectiones §.
15 - 22. { 1) Codicem Iustinianum §. 16.
2) Pandectas §. 17. 3) L.
Decisiones §. 18. 4) Institu-
tiones §. 19. 5) Codicem repe-
titae praelectionis §. 20. 6)
Novellas §. 21. e quibus de-
cerprae Authenticae §. 22.

Post Iustinia-
num §. 23 - { In Occidente, de vsu et aucto-
ritate iur. Iustinianei § 23 -
§. 26. { 25. In Oriente §. 26.

A 3

HIST.



HISTORIA IVRIS ROMANI CONTRACTA.

§. 1.

S V M M A.

Roma I) regibus paruit per 244. annos; II) his eiectis libertate per 500. annos est gauisa, et deinceps III) Imperatorum dominationi cessit.

1) Fontes historiae iuris Romani sunt
a) DIONYSII HALICARNASSAEI libri XI.
antiqq. Romanar. graece et latine.
Frf. 1586. f. et Oxon. 1705. Lips.
1777. 1778. 8.

b) POMPONII *Enchiridion in L. 2. D. de or. iur.* de quo confer inprimis BYNCKERSHOECKII *praetermissa ad L. 2. D. de O. l.* Lugd. 1719. aliaque scripta, quae collegit I. L. VHLIVS *in opusculis ad histor. iur. pertin.* Halae 1735. 4.

2) Inter compilatores eminent IAC. CUIACIUS, VAL. WILH. FORSTER, IAC.

GO

GOTHOFREDVS, WILH. *van der MVELEN*,
 GE. SCHVBARTH, IAN. VINC. GRAVINA,
 CHR. THOMASIVS, CHR. GODOFR. HOFF-
 MANNVS, IO. SAL. BRVNQVELL, IO.
 GOTTL. HEINECCIUS, IO. AD. KOPP,
 IO. AVG. HELLFELD, IO. AVG. BACH,
 IO. WVNDERLICH, FRID. PLATNER, IO.
 LVD. CONRADI, IO. GOTTL. SEGER,
 IO. LVD. L'ESTOCQ, *de SELCHOV.*

§. 2.

LEGISLATIO REGIA.

1) Sub REGIBVS latae in comitiis,
 primum curiatis, dein centuriatis, le-
 ges a populo, collectae a C. PAPIRIO,
 vnde nomen IVRIS PAPIRIANI; iudi-
 cia vero regumarbitratu habita sunt.

- 1) Legum regiarum et iuris papiriani
 fragmenta leguntur in HOFFMANNI
Historia iuris Tom II. P. 1. p. 9 - 64.
 et in HELLFELDII *Histor. iuris* ab initio.
- 2) CHRIST. FRID. GLVCR Tract. *de iure*
ciuili papiriano, accedit I. H. MÖLLEN-
 BECHII *Dissert. de eod. arg.* Halae 1780.
- 3) De GRANIO FLACCO iuris papiriani
 Commentatore *vid. L. 144. D. de*
V. S.

A 4

I) De

§. 3.

IVS DECEMVIRALE.

II) Libertati restituta ciuitas (1), legesregias neglexit, atque post iuris incerti (per Vlginta annos) periodum, inter patrum et plebis diffidia, (quae creandis tribunis plebis (2) dabant occasionem), tres legatos in graeciam misit, perendarum legum causa (3), quae legibus XII., a decemuirorum collegio, compilatis dederunt materiam (4), atque hae decemvirales L. L. omnem publici priuatique iuris constituebant fontem (5).

1) De Consulibus eorumque potestate
L. 2. §. 16. *D. de O. I.* adde FLORVM
I. c. 9.

2) De Tribunis plebis eorumque
sanctitate HOFFMANNI *hist. iuris T. I.*
p. 14. sq. FRID. PLATNER *de legibus
sacratiss p. 49.* de abusu auctoritatis
consule *de SELCHOV. l. c. §. 21. p. 25.*

3) Graecarum legum collectionem
vide in HEINECCI *Jurisprudencia
Romana et Attica.* Lugduni 1738-
1741. 3 Tom. fol., in IAC. GRO-

NOVII

NOVII *Thesauro antiqq. Graecar.*
 Tom. 5. p. 2497. sqq., SAM.
 PETITI *legg. Attic.* Paris 1642.,
 HOFFMANNI *Hist. iur.* T. II. P. I.
 p. 67 - 128.

4) *Compilationis legum XII. Tabb.*
 Historiam concinnauit IO. EV. OTTO
 in praef. Tomo III, *Thes. iur. Rom.*
 praemissa: *de legibus XII. Tabb.*,
 quae etiam subiuncta legitur *Com-*
ment. ad Institut. edit. 1743. 4.

5) De Interitu iuris decemuiralis et
 conquisitis eius fragmentis, nec non
 commentariis et illustrationibus con-
 ferantur FRANC. BALDWIN *in Comment.*
ad L. L. Romuli et XII. Tab. Paris.
 1554. f. ANT. AVGVSTINVS *de legib.*
et SC. Paris 1584. f. CONR. RITTERS-
 HVSII *Dodecadeltos s. Commentarius*
in Leges XII. Tabb. Argent. 1616. 4.
 IAC. GOTHOFREDVS *in quatuor fontib.*
iur. ciuil. Ceneu, 1653. 4. p. 1 - 263.
 et in OTTONIS *Thes.* T. III. p. 1. sqq.
 IAN. VINC. GRAVINA *in origg. iur. ciuil.*
 lib. II. HOFFMANNI *Hist. iur.* T. II.
 P. I. p. 129. sqq. IO. NIC. FVNCCHII
Comment. ad XII. Tabb. 1744.

§. 4.

INCREMENTA IURISCIEN-
TIAE.

Prima haec iuris stamina aucta sunt,
a) a *ICtis*, b) a *Pontificibus*, c) a
Praetoribus.

§. 5.

IURIS CONSULTORVM
PLACITA.

ICtis debet Iurisscientia (1)

- 1) Legis actiones, s. formulas litigandi (2),
 - 2) Actus legitimos (3),
- quibus illi in disputationibus forensibus, responsis (4) et interpretationibus (5) insigne attribuerunt incrementum (6), quod in specie *ius civile* appellatur (7).

1) De ratione addiscendi iurisscientiam
vid. GOTTL. SLEVOGT *opnsacula de
Sectis et Philosophia ICtorum*. Jen.
1724. Adde WESTPHALII, SGHAVM-
BVRGII

BVRGII et MEISTERI Tract. de *philosophia Ictor. stoica*; item HOFFMANNVM de *dialectica veterum Ictor.* Ff. 1734. IAC. RAEVARD de *auctoritate prudentum* Antw. 1566. et I. N. FVNCCI progr. de *origine et auctoritate prudentum.* Marb. 1734.

- 2) HOTTOMANNVS, EVDDAEVS et HEINECCIUS legisactiones tum de contentiosa tum de voluntaria iurisdictione interpretantur; contra RITTERVS et BACHIVS easdem de sola contentiosa iurisdictione enunciant, ob *L. 2. §. 6. D. de O. l.*; tandem SCIPIO GENTILIS, CAMPIANVS et HOFFMANNVS eas de sola iurisdictione voluntaria volunt intellectas; cf. BREVNINGII *dubia circa varias legis actionum actuumque legitimorum interpretationes.* Lips. 1775; mihi prior placet sententia. Adde AD. STEGER de *legisactionibus et iure formulario.*
- 3) *L. 77. D. de Reg. iur.* FRID. WILH. PESTEL de *actibus legitimis.*
- 4) Vid. GOTTL. SLEVOGT pgr. de *disputatione fori*, in *Collect. opusc. de Sectis et philosophia Ictor.* p. 247. 10. AVG. HELLFELD pgr. de *disputatione fori.* Jen. 1739. Adde BACHII *Hist.*

*Hist. iuris Lib. II. Cap. II. Sect. V.
p. m. 261. sqq.*

- 5) H. F. EGGERS *de ritu veterum Romanorum ICtos variis de rebus consultiendi*. Jenae 1742. et GEBAVERI *Excurs. I. ad Instit.* p. 186. sqq. IOCHR. BASLER *de responsis prudentum*. Gieslæ 1742.
- 6) Vnde actiones utiles, legitima patronorum tutela, querela inofficiosa, I. H. BÖHMERS *lucubratio de interpretationis grammaticae fatis et vario usu in iure Romano. Tom. I. Exerc. ad Pand. N. III. p. 22. sqq.*
- 7) L. 2. §. 5. D. de O. I.

§. 6.

PONTIFICVM STVDIA.

Pontifices (1), praeter religionis curam, iurisdictioni praepositi, legislationum et fastorum (2) custodiam habuerunt; quae mysteria euulgauit CN. FLAVIVS, (Appii Claudii coeci, non crassi decemviri, scriba) inde IVS FLAVIANVM (3); eorumque nouas notis perscriptas tum formulas tum fastorum

rum

rum dierum rationes, in TRIPERTITIS suis a) verba L. L. XII. b) earum interpretationem et c) usum, complexis (4), cum populo communicavit SEX. AELIVS CATVS, hinc IVS AELIANVM (5), quum praeterea non multo ante TIBERIVS CORVNCANIVS (6) ius civile profiteri coepisset publice, cuius exemplum sequuti alii celeberrimi ICI.

- 1) GVTHERIVS *de iure Pontificio.*
- 2) CENSORIVS *de die natali.* SIBRAND. SICCAMA *in Commentar. in fastos calendares Romanorum in 10. GE. GRAEVII T. VIII. thes. antiqq rom. p 48. ; et PETR. GASSENDVS in calendar. Roman. Tom. VIII. Thes. Graeviani p. 156. sqq. Adde NIEVPOORT de vitib. Roman. antiq. p. m. 393 - 396.*
- 3) L. 2. §. 7. D. de O. I.
- 4) L. 2. §. 38. D. eod.
- 5) L. 2. §. 7. eod. Adde CICERONEM *pro Muren. Cap. XI.*
- 6) LVD. AVG. WÜRFEL *de Tiberio Coruncanio.*

HEI-

§. 7.

PRAETORVM INVENTA.

Praetor iurisdictionem inter priuatos adeptus (1), specie aequitatis leges est interpretatus, atque callido inuento suis edictis in albo propositis, adiuuandi, corrigendi et supplendi iuris ciuilibus gratia (2), noua multa sancire coepit, fictionibus, nouis nominibus vsus. Huius (3), cui mox collega additus, dictus praetor peregrinus (4), exemplum aediles curules (5), et prouinciarum rectores (6) imitati. Edicta vel annua s. ordinaria vel repentina s. extraordinaria (7); porro noua et tralatitia, fuerunt.

1) HEINECCIUS *Antiqq. Roman. Lib I. Tit. II. §. 18*

2) *L. 7. D. de iustit. et iure.*

3) Num praetores custodes an euerfores iuris ciuilibus fuerint? in diuersas iuerunt partes ICRi celeberrimi. Custodes fuisse affirmant KORTE et RITTER, quibus addendus L. C.

SCHROE-

SCHROEDER; euerfores contra egisse
asserunt HEINECCIUS et BREVNIN-
GIVS; vid. de SELCHOV *Geschichte der*
rechte §. 33.

4) L. 2. §. 28. D. de O. I. ABR. WIE-
LENG *de edict. praet. peregrini.*
Franeq. 1730. MYLIVS *de praetore*
peregrino. Lips. 1732. F. C. CON-
RADI *de eod. arg.*

5) De aedilium origine et iuris-
dictione cf. HEINECCIUM *loc. cit.*
§. 25.

6) De prouinciarum gubernatione
consule HEINECCIUM *l. c.* in
append. *Lib. I. §. 99. sqq.* Adde
SIGONIVM *de ant. iur. prou. Lib. I.*
Cap. V.

7) Quae non solum per legem Corne-
liam A. V. C. 687. perlatam abo-
lita, sed et omnibus iniquitatibus
sanctione: *quod quisque iuris in aliam*
statuerit, ut ipse eodem utatur, fuit
obuiam itum. De SELCHOV *l. c.*
§. 35.

§. 8.

§. 8.

IVDICIVM DE TRIPARTITO
HOC AVGMENTO.

Haec autem ex ICtorum, Pontificum et Praetorum cerebro, nata iurisprudentiae incrementa, sui origine *non scripta* fuerunt (1). Eorum enim non erat condere leges.

- 1) CHR. LVD. CRELL *de orig. et virtute iuris non scripti.* Vitemb. 1739.
IO. GOTHOFR. RICHTER *de moribus maior., antiquissimo iur. Romani fonte.* Lips. 1744.

§. 9.

LEGES IN COMITIIS
LATAE.

Quamquam Iure Iustiniano sex iuris scripti recensentur (1) species: a) Leges, b) plebiscita, c) responsa prudentum, d) SCra, e) edicta Magistratum, f) principum constitutiones: solae tamen in hanc periodum inci-

incidunt duae priores, a) Leges centuriatae b) et plebiscita. LEGES (2) rogante Senatorio magistratu (consule, dictatore, praetore) a populo in centuriatis comitiis sollempni ritu (3) latae in aes incisae asseruabantur in aerario (4).

1) §. 3. I. de I. N. G. et C.

2) Ab utroque Consule leges vtriplurimum cognominatae, occasionem dederunt annorum computo secundum seriem fastorum consularium. STEPH. VINC. PIGHII *Annales Magistratum et Prouinciarum S. P. Q. R.* Antw. 1615. f. PETR. RELANDI *fasti consulares.* Vlr. 1715. Ab ALMELOVEN *fasti consulares.* Amstel. 1740. 8. Adde alios a BRUNQVELLO in *Dissert. praef. Hist. iur. praemissa* §. 33. p. 15. sqq. laudatos.

3) De ritu leges ferendi consule HEINECCII *antiqq. Roman. Lib. I. Tit. 2. §. 1 - 14.*

B

4) In-

- 4) Indices legum praeter eos, quos laudavit de SELCHOV l. c. §. 26. p. 30., contexuere HOTTOMANNVS in *Indice legum*, SAMVEL PITISCVS in *Lexico antiqq. Romanar.* voce: *Lex.* T. I. p. 1. HOFFMANN in *Hist. iur.* T. 1. p. 89 - 200.

§. 10.

PLEBISCITA.

Inuenta A. V. C. 365. noua iuris scripti species b) PLEBISCITVM, à plebe in tributis comitiis latum; (1) cui post frustratas *Horatiam*, A. V. C. 305. et *Publiam* A. V. C. 415., demum *Hortensia* lege (2) vis obligandi totam ciuitatem data A. V. C. 465. (3).

- 1) Modum ferendi Plebiscita delineauit HEINECCIUS in *antiqq. Roman. l. c.* §. 15. *sqq.* Plebiscitorum indices composuerunt praeter MANVTIVM, AVGVSTINVM, HOTTOMANNVM, inprimis IAN. VINC. GRAVINA, Cf. BRVNQVELLM in *Hist. iur. P. I. cap. VII. §. 14.*

2) De

- 2) De iteratis secessionibus plebis ex urbe conf. BRVNQVELLI *Hist. iur.* p. 70. et BACHII *Hist. iur.* p. 84. *sqq.* §. 17.
- 3) Vnde euenit deinceps, vt *legum* nomen tuerentur absque contro- uersia. Vid. tamen BACHIVM *l. c.* *Not. u.* p. 86. et 87.

§. 11.

RESPONSA PRVDENTVM.

III) *Sub Imperatoribus* (§. 1.) ante Iustinianum veniunt c) RESPONSA eorum ICTORVM s. PRVDENTVM (1), quibus *Augustus* (callido consilio) (2) facultatem de iure respondendi publice erat largitus in vim iuris scripti (3). Reliquorum ICTorum responsa (4) ab eo demum tempore, quo in Pandectas relata fuerunt (5), vim iuris scripti acceperunt.

- 1) De modo consulendi ICTos, et de horum responsis confer HEINEC- CIVM *l. c.* §. 29. *sqq.*
- B 2
- 2) Au.

IO.
uos
. p.
NVS
CVS
oce:
Hist.

ris
à
(1)
C.
de-
ndi
(3).
auit
l. c.
ces
VM,
M,
A,
I.
De



- 2) Augusti speciale institutum et rationes políticas inuestigarunt HEINECCIUS *l. c.* §. 38. *sqq.* BACHIVS *l. c. p.* 394. *sqq.* de SELCHOV *l. c.* §. 60.
- 3) Narum inde studium sectarum s. dissensionum ab *Antistio Labeone* et *Ateio Capitone*, tum ingenio, tum studio dissimillimis. Eorum auditores potissimum in 4. abierunt familias *Sabinianorum, Proculianorum, Cassianorum, Pegasusianorum*. Conf. GODOFR. MASCOV *de Sectis Sabinianorum et Proculianorum*. Lips. 1728. 8.
- 4) Nec licentiam promiscue respondendi sustulit Augustus, nec praecipuum ius publice de iure respondendi post Augusti fata duravit. Notanda tamen *L. vn. C. Theod. de responsis prudent.* Cf. GOTHOFREDI *Commentar. ad eand.* l. et THOMASIVM *de naeuis Iprud. anteiust.* II. l. p. 112.
- 5) Successionem prudentum exhibet ipse POMPONIVS *in L. 2. §. 35 sqq. D. de O. I.* Cf. HOFFMANNI *Hist. iur.*, in qua T. I. p. 318 - 344. legi-

legitur *Recensus ICtorum*, quorum apud Pomponium et in Digestis facta est mentio, secundum seriem literarum alphabeti compositus, et p. 345. sq. *Index ICtorum* secundum seriem aetatis qua floruerunt ordinatus. Adde BACHIVM l. c. p. 233. sqq. p. 401. sqq. p. 469. sqq.

§. 12.

SENATVS CONSVLTA.

Sucefferunt imperante Tiberio, (1)
d) SENATVS CONSVLTA, tanquam *ius scriptum a Senatu Romano, loco populi, legitime conditum* (2). In defuetudinem abierunt SCta ex quo principes omni imperio erant potiti.

- 1) Rationem politicam, ob quam Tiberius SCta, quae sub libera rep. vim iuris non scripti tuebantur, in ius scriptum commutavit, exposuit HEINECCIUS *in antiqq. Roman. l. c.* §. 46 - 54.

B 3

2) Se-

- 2) Seriem Sctorum texuit HOFFMANNVS *T. I. Hist. iur. p. 381. sqq.* modum condendi delineauit HEINNECCIUS *in antiq. Roman. l. 1. tit. II. §. 46. 54.*

§. 13.

EDICTVM PERPETVVM.

Praeterea e) EDICTIS PRAETORVM PROCOS. et AEDILIVM, quae HONORARIJ IVRIS appellatione veniunt, multa innouata circa iuris antiqui scientiam annuente populo. Praetoria edicta quum vel annua s. ordinaria (eaeque vel noua vel tralatitia) vel repentina s. extraordinaria essent, haec per legem Corneliam inhibita, illa vero auspiciis HADRIANI (1) per Saluium Iulianum (2) coniecta sunt in EDICTVM PERPETVVM (3) ad Iustinianum vsque vsu seruatum, et egregijs commentariis illustratum. De collectione *edicti prouincialis* (4) atque *aedilitii* (5) adhuc sub iudice lis est.

- 1) De Hadriano PAVL. FRID. OPIZ *de Hadriani Imp. nomine, indole, virtute.*

virtutibus et vitiis. Kilon. 1722.
 RENATI BOTTERAV *Hadrianus*
legiflator. Pictau. 1661, et in
 HOFFMANNI *Hist. iur. T. II. P. II.*
p. 129. sq. Adde SPARTIANVM *in*
vita Hadriani.

- 2) De Saluio Iuliano ICtò. Cf. IO.
 STRAVCHII *singularia de Saluio*
Iuliano; in vitis ICtor. p. 1 - 12. et
 IO. GOTTL. HEINECCII *Comment.*
de Saluio Iuliano. Halae 1733. et in
opuscul. p. 787. sqq.
- 3) De ipsa collectione edicti perpetui,
 LAVRENT. ANDR. HAMBERGER
de edicto perpetuo. Jenae 1714.
 Fragmenta restituit ex Digestis
 HOFFMANN *in Hist. iur. T. II. P. I.*
p. 305. sqq.
- 4) De edicto prouinciali perpetuo
 dubitare nos iubet. BACHII *prolusio*
de edicto prouinciali perpetuo. Lips.
 1752. et in *Hist. iur. p. 465. et 477.*
not. k.
- 5) De aedilitio edicto perpetuo pariter
 dubitant optimi interpretes HOFF-
 MANN *T. I. Hist. iur. p. 550.*
 BACHIVS *l. c. p. 465. de SELCHOV*
l. c. §. 68. p. 79.

B 4

§. 14.

CONSTITVTIONES PRIN-
CIPVM.

Tandem f) PRINCIPVM CONSTITVTIONIBVS post legem regiam (1) subinde promulgatis, cum *generalibus*, tum *specialibus*, maximum incrementum accessit legitimae scientiae; (2) quibus colligendis, Constantino M. imperante primum priuatam operam nauarunt I) *Gregorius I* Ctus, cuius *COD. GREGORIANVS constitutiones Imperatorum ab Hadriano ad Constantini M. tempora fuit complexus*, II) *Hermogenianus*, qui in *CODICE* suo *HERMOGENIANO* spicilegium codicis *Gregoriani*, maxime *Diocletiani* et *Maximiani* constitutionibus additis, composuit. (3) Quae collectiones, praeter paucula fragmenta a viris celeberrimis conquisita, nostram non tulerunt aetatem. *Publicam* vero collectionem *constitutionum imperatoriarum* ab aeuo *Constantini M.* vsque ad tempora *Theodosii*

dosii iunioris, promulgatarum, in CODICE suo THEODOSIANO (4) adornari curavit Theodosius iunior Imperator, ann. 438., qui incomparabilis elegantioris iurisscientiae thesaurus maximam partem nobis exstat saluus, primum a IAC. GOTHOFREDO Lugduni 1648. sex tom. fol., nouissime a RITTERO Lips. 1745. fol., editus; post absolutum codicem promulgatae sunt eiusdem *Theodosii nouellae*, editioni codicis Theodosiani subiunctae.

1) Cf. IO. FRID. GRONOVII orat. *de lege regia*, Lugd. Batav. 1675. 8. typis excusam. Adde lucubrationes SCIP. GENTILIS, IOAN. BAPT. CAPELLI et GERARD. NOODTII. de eod. arg. Fragmentum legitur in HEINECCII *antiqq. Rom. Lib. I. Tit. II. §. 67. sq.*

2) L. I. D. *de constit. Princip. §. 6. I. de iur. Nat. G. et Ciuili.* IOAN. STRAVCHIVS *de constit. Principum, rescriptis et decretis.* Jenae 1754.

B 5

J. CHRIS-

I. CHRISTOPH. KOCH *de Constitutt. Principum*. Jenae 1754.

- 3) De Gregoriano et Hermogeniano codicibus consule IAC. GOTHOFREDI *Proleg. Codicis Theod. cap. 1. Fragmenta utriusque Codicis dedit SCHVLTING in Iprud. vet. anteiustini-
aneae p. 683. sqq. edit. Gebauer.*
- 4) De Codice Theodosiano consule IAC. GOTHOFREDI *cit. Proleg. Cod. Theod.* et SAL. BRVNQVELLI *Diss. de Codice Theodosiano eiusque in Codice Iustiniano usu.* Jenae 1719. Adde THOMASIVM *in naevis Iprud. anteiustinianae, p. 156.* Caue confundas cum hoc Codice, *Breuiarium Alarici* Visigothorum in Gallia Regis auctoritate A. C. 504., ut ferunt, per Anianum Ictum e Theodosiano, Gregoriano et Hermogeniano codicibus, itemque aliis Ictorum libris, concinnatum, *corporis Theodosiani, legis Theodosianae, et legis Romanae* appellatione veniens. IAC. GOTHOFRED. *in cit. proleg. Cap. V. EK-
HARD in Herm. iur. §. 258. sqq.*

§. 15.

§. 15.

TRANSITVS AD LEGVM
COMPILATIONEM IVSTI-
NIANEAM.

Quum autem crassa haec legum far-
rago (1) et ciuitati noxia esset, et iu-
risscientiam maxime incertam et pro-
pmodum infinitam redderet, post irri-
tos magnorum virorum conatus, (2)
IVSTINIANVS imperator orientis, (3)
in Procopii anecdotis pessime tradu-
ctus, (4) proposuim de colligendo et
redigendo in ordinem iure ciuili Ro-
mano, per Tribonianum (5) et so-
cios laborum, fuit executus (6).

- 1) De mole iuris anteiustiniani con-
sule THOMASIVM *de naeuis Iurispr.*
anteiustinianae. Halae 1695. 1707. 4.
- 2) De consiliis aliorum virorum colli-
gendi leges, cf. HELLFELDI *Hist.*
iur. Rom. Lib. I. Cap. II. §. 2. p. 381.
- 3) De familia et vita Iustiniani, qui
Taurisii in Illyrico natus A. C. 484.,
Imperio patitus A. C. 527., denatus
vero

vero est A. C. 565. commentati
sunt AGATHIAS sermone graeco, et
IO. PETR. de LVDEWIG de vita Iusti-
niani, Theodoraе et Triboniani.
Halae 1731. 4. ABRAHAM WIELING
in schediasmate de Iustiniano et Theo-
dora. Franeq. 1729. 4.

- 4) PROCOPII anecdota primum ann.
1623. a NICOLAO ALEMANNO
Bibliothecae Vaticanae Praefecto
edita, excitarunt viros celeberrimos,
THOM. RIVIVM in defensione Imp.
Iustiniani aduersus Alemannum. Lond.
1626. 8. IO. CHIFFLETIVM in apo-
logetica Dissertatione de iuris vtrius-
que Architectis, Iustiniano, Tribo-
niano, Gratiano et S. Raymundo.
Antwerp. 1551. IO. EICHELIVM
in animaduersionibus suae Procopii
editioni additis. Helmitadii 1654. 4.
et CONR. SAM. SCHVRZFLEISCH
in Diss. de Iustiniano orthodoxo, qui
Iustinianum tantum non ab omnibus
liberarunt inculpationibus. Vid.
tamen GVNDLING. in obs. Hal. T. I.
obs. 8. et HOFFMANNI Hist. iur.
T. I. p. 548. sqq.
- 5) Triboniani vitam delineauit de
LVDEWIG l. c. Cap. VIII. §. 14-24.
Repre-

Reprehensiones congesserunt PRO-
COPIVS *de bello persico Lib. I.* FR.
HOTTOMANNVS *in suo Antitriboniano.* Hamb. 1647. Defensüs
autem a IO. CHIFFLETIO *in cit.*
Dissert. apolog. Cap. II. a SCHVL-
TINGIO p. 883. *iurisprudentiae ante-*
iustinianae, itemque a SCHAVM-
BVRGIO *in progr. de incensione libror.*
iuris antiquior. Iustiniano et Tribonia-
no adscripta, adnexo *commentationi*
de Constit., quae *in Instit. citantur*
p. 178. *sqq.*

- 6) Iustiniani felices laborum suc-
cessus promeritis laudibus exornat
FRANC. BALDVINVS *in Iustiniano s.*
de iure nouo commentariorum lib. IV.
Bas. 1560. et cum praef. GVNDLING.
Halae 1729. 8.

§. 16.

CODEX IVSTINIANEVVS.

Primum quidem in CODICE IVSTI-
NIANEO *collectionem constitutiones im-*
peratorum ab Hadriano ad sua usque
tempora, additis suis, per Tribonia-
num

num adornari curavit (1), eamque abolicis prioribus codicibus, VII Id apr. an. 529. promulgavit; qui deinceps, nouo codice adornato, abrogatus fuit, nec hodie est superstes (2).

1) Historiam huius compilationis de cerpere licet e constitutione *de nouo codice faciendo ad Senatum vrbis Constantinopolitanae A. C. 528.* et e Constitutione *ad Mennam Praef. Praet. A. C. 529.* directis.

2) Hic est ille Codex, qui in Institutionibus et Digestis saepius laudatur. IO. GODEFR. SCHAVMBVURG in Commentat. *de Constitutionibus Imperatorum antiquis, iis speciatim, quae in Institutionibus citantur, et in codice repet. praelect. omissae sunt.* Lemgov. 1735.

§. 17.

D I G E S T A.

Tum vero an. 530. Triboniano et 16. viris id negotii dedit (1), vt ex
vete-

veterum, qui post Hadrianum floruerant, *ICtorum voluminibus* (2) excerpta, in 50. libros iustosque titulos, praemis. so singulis capitibus seu legibus auctoris nomine et libro, digererent (3); quod opus triennio absolutum, et an. 533. promulgatum, PANDECTARVM s. DIGESTORVM (4) tulit nomen (5), et quamplurimis editionibus (6), commentariis, obseruationibus, aliisque virorum celeberrimorum laboribus inclaruit.

- 1) Mandata Iustiniani Triboniano et 16 sociis laborum data, prostant in Constitutione *de faciendis Digestis* et in *L. I. C. de veteri iure enucleand.* Adde *Const. de confirmandis Pandectis* §. 9.
- 2) Librorum iuris veterum multitudinem describit *L. 2. et 3. §. 1. C. de vet. iur. enucl.*
- 3) De conatu libros iuris in pandectas relatos, integros et iusto ordine restituendi, post *Labittum* et *Wielingiam*, restatur *HOMMELII Palingenia librorum iur. veterum cet.* Lips. 1767. 8. et *Corpus iuris ciuilib reconcinna-*

cinnatum, in 3 partes distributum
auctore EVSEBIO BEGER. Ulmae
1767. 4.

4) De distributione Digestorum in
7 partes, itemque in verus, nouum
et infortiatum, consule BRVNOVELLI
Hist. iur. P. II. Cap. 3 §. 29. sqq.

5) De emblematicis IO. IAC. WSEN-
BACHIVS librum edidit. Franeg.
1642. 8. vna cum IO. WYBONIS
*Triboniano ab Emblematicis Wissen-
bachii liberato, recusum.* Halae 1736.,
curante HEINECCIO. Adde BYN-
CKERSHOEKII *observationes Lib. V.
sqq.* et ECKHARDI *Hermeneut. iur.
Lib. I. Cap. VI. §. 239. sqq.*, item-
que HOFFMANNI *Hist. iur. T. I.
p. 583. sqq.*

6) Inter diuersas Digestorum edi-
tiones, eminet *Florentina*, ad nor-
mam archetypi Florentini, (de quo
v. HENR. BRECKMANNI *Histo-
riam Pandectarum florentinarum*,
cum gemina Dissertat, de *Amalfi*,
Traiect. 1722.,) excusa Florentiae
1553., III. Tom. f., per LAELIVM
TAVRELLVM; quae autem ante
hunc

hunc ab HVGONE a PORTA Lugd. 1536., et saepius, vel post eundem, auctore FRANC. DVARENO, et cooperante LVD. RVSSARDO Lugd. 1560. f. 2. Voll. et Antwerp. 1567. 12. Voll. 8. ex Off. Plantini, et denique cura ANT. CONTII Parisiis 1562. 8. et 9. Voll. Lugd. 1571. 8., adornatae sunt, non omnino puram habent lectionem, quam tamen sponder nitidissima, e schedis BRENKMANNI adornata, variarum lectionum multitudine instructa, GEBAVERI editio cuius T. I. 1767. 4. lucem vidit. Post *Florentinam* ab elegantioris iurisscientiae studiosis probatur *Haloandrina*, curante GREGORIO HALOANDRO e Bolognini aliisque codicibus emendata editio, Norimbergae 3. Voll. 4. 1529. typis excusa, cuius ad exemplum prodierunt aliae Paris. 1540. 11. Voll. 8. ap. CAROL. GVILLARD., Basil. 1541. f. auctore 10. HERVAGIO, porro *Digesta*, *Codex* et *Nouellae* curante IAC. VINTIMILIO Paris. ap. *Carolam Guillardam* et *Guil. de Boi* 1548. 9. Voll. 8. (adde aliam, quae cum praef. *Angeli Politiani* ad *Iac. Modestum Pratensem*, inscribitur *Digestorum* f.

C

Pan-

Pandectarum Tomi 3. Paris, ap. *Carolam Guillard*, viduam Claud. Cheuallonii sub sole aureo et *Guil. de Bois* sub cruce alba in via Diui Iacobi 1548. 4.) *Corpus iur. ciuil.* cura GREGORII HALOANDRI Paris, ap. Carol. Guillardam, viduam Claudii Cheuallonii an. 1552. sq. 7. Voll. 8. nec non alia editio Basileae ap. *Thom. Guarinum* 1570. 3. Voll. 16. Postrema, quae in foro authentica habetur, *Vulgata* audit, cuius exempla numerari vix possunt; nec probabile est eas omnes e Mscpto Florentino promanasse; qua de controuersia conf. BRENKMANNI *Histor. Pand.* p. 396. sed hanc assertionem confutarunt, CHR. GOTTL. SCHWARZIUS in *Diff. an omnia Pandectarum exempla, quae adhuc exstant e Florentinis manauerint?* Altdorf. 1733. CHRIST. VLR. GRYPEN in *obseruatt. rer. et antiqq. Rom. et Teuton.* T. 1, p. 285.

§. 18.

QUINQVAGINTA DECISIONES.

In concinnando Pandectarum opere

re

re occupatis ICTis obueniebant mul-
tae priscorum prudentum dissensio-
nes e Sectarum studio superstites,
quas Imperator promulgatis QVIN-
QUAGINTA DECISIONIBVS ad *Ioannem*
vel *Julianum* P. P. directis, opera
Triboniani definiuit (1) A. V. C. 530.
Lampadio et Oreste Coss. et duobus
insequentibus (2), quae prostant
in Codice repetitae praelectionis (3).

1) Historiam L. Decisionum ex §. 7. I.
de libertinis et *Constit. de Iustinia-*
nei Cod. emendat. decerpere licet.
Adde EDM. MERILL. *in proleg. com-*
ment. ad L. Decif.

2) De characteribus harum L. Deci-
sionum internis et externis consule
HELLFELDIVM *in H. I. R. p. 406. sq.*
§. 36. et §. 37. Catalogum dant
WIELING *in Iprud. restit. P. II. p.*
144. sq. et HOFFMANN *in H. I. Tom.*
I. p. 597.

3) Commentariis illustrarunt easdem
EDM. MERILLIVS. Parisiis 1618. 4.
PETR. FRANC. LINGLOIS. Antwerp.
1622. et 1661. f. WILH. LUDWELL *in*
C 2 *Diff.*

Diss. inaug. annexa eius Exercitat. ad Instituta. Altdorf. 1663. 10.
 STRAVCHIVS. Giesfæ 1676. 4. DO-
 MIN. BASSI *in rediuino ingenii partu s.*
de Iustiniani Imb. L. decisionibus, præ-
cipuis controuersis ex iure comm.
desumptis illustratis. Viennæ 1708. 4.
 10. HUGO ab HAGEN *Decisionum Impe-*
ratoriar. Syntagma continens L. de-
cisiones Iustiniani illustratas. Vien-
 1735. 4.

§. 19.

INSTITVTIONES.

Deinceps post perfecta, sed necdum
 promulgata, Digesta, ex veterum
 Ictorum Enchiridiis, cum primis ve-
 ro ex CAII *Institutionibus* aliisque eius-
 dem scriptis, hauriri per Tresviros,
Tribonianum, Dorotheum et Theophi-
lum, fecit et in 4. libros partiri iussit
 INSTITVTIONES, vt essent *prima totius*
legitimæ scientiæ elementa (1); quibus,
 etsi ante Digesta publice expositis, eo-
 dem

dem die vna cum his auctoritas legis obtigit, Laudabile et multorum virorum interpretationibus clarum opus (2), quod graeca paraphrasi (3) illustravit THEOPHILVS (4).

- 1) Mandata Imperatoris et fontes vid. in §. 6. proëm. Institut.
- 2) Inter editiones quamplurimas eminent *Cuiaciaua*, quae prodit *Parisiis apud Sebastianum Niuellium sub Cicconiis, via Iacobaea 1585. 8. min.*; nec minus elegans est ea, quae curante IOANNE van de WATER, cum eiusdem aliorumque virorum ICrisifimorum commentariis. Trai. ad Rh.. 1719. et repetitis 10. CONR. RÜCKERI curis. Lugd. Bat. 1745. 4. prodiit; Adde aliam curante I. H. BÖHMERO primum Halae 1719., et denuo ibid. 1728. excusam et paraphrasi graeca Theophili auctam.
- 3) Ista Theophili Paraphrasis primum a VIGLIO ZVICHEMO. Basileae 1534., f. iterumque LOVAN. 1536. 4. hinc, post alios a CHR. GOTTF. HOFFMANNO T. I. p. 633. sq. et a BRVNOVELLO

p. 302. *sq.* laudatos, imprimis a CAR. HANNIB. FABROTTO Parisiis 1638. et deinceps 1657., edita fuit; qui autem elegantissimam et locupletissimam, quam curavit GVIL. OTTO REIZIVS Hagae Com. 1752. 2. Voll. 4. possidet, reliquis sine detrimento carere poterit, et hanc Reizianam versionem adiici curavit ISELINVS *Commentario* EV. OTTONIS *ad Instit.* Basileae 1760. recuso.

- 4) De persona huius *Theophili* consule BRVNQVELLVM *in Hist. iur. P. III. M. I. cap. II. Gundlingiana P. II. n. 2. et 10.* HENR. MYLIVM *in Theophilo, s. de graecarum iuris Instit. earumdemque auctoritate, historia, factis, dotibus, naevis, aetate, auctoritate.* Lips. 1730. 8.

§. 20.

CODEX REPETITAE PRAE-
LECTIONIS.

Porro suum Codicem repetitis curis
denuo edi et insertis nouis hucusque
pro-

promulgatis Constitutionibus, cum-
 primis etiam 50. *Decisionibus*, vna cum
 inscriptionibus et subscriptionibus,
 secundum Pandectarum seriem, rete-
 xi iussit (1), cui CODICIS REPETITAE
 PRAELECTIONIS nomen datum (2),
 qui an. 534. auctoritatem obtinuit, ab-
 rogato Codice Iustiniano (3).

1) De causis nouae huius compilatio-
 nis consule Constitut. *de emendat.*
Codicis ad Senatum urb. Constant. §.
 1. et 2.

2) De ordine et rationibus huius noui
 codicis cf. BERNH. HENR. REINOLDI
observationes interpretationi codicis
praemissas. Francofurti 1716. NIC.
 CSTEPH. LYNCKERI *seriem Iustiniani*
codicis. Ienae 1725. f. et SHAVMEVR-
 GI *Commentat. de constitut. Impera-*
tor. antiquis supra §. 16. not. II.
 laudatam.

3) Rariiores Codicis editiones altera a
 GREGORIO HALOANDRO, Norimbergae
 an. 1530. f., altera, ab ANT. CONTIO,
 Parisiis 1562. f., adornatae.

NOVELLAE IVSTINIANI.

Sequuntur sunt NOVELLAE CONSTI-
TUTIONES, quibus imperator et leges
priors subinde correxit, et varia noua
sanxit, graeca lingua promulgatae (1).
Quaquam non plene constet, vtrum
ea collectio, quae hodie nouem col-
lationibus, *Novellas* 168, ab anno
535 - 559. datas, complectitur, a Iu-
stiniano sit adornata (2): versio ta-
men latina vtut barbara, contra tex-
tum graecum (3), et versiones cul-
tiore stilo factas (4), in foro sola ha-
bet auctoritatem, praesertim Nouel-
lae glossatae, quarum numeran-
tur 98

1) FERD. AVG. HOMMEL *de textu Nouel-
larum originario coniecturae*. Lips.
1736. AEM. LVD. HOMBERGK *de No-
uellarum lingua originaria, et vulga-
tae earum versionis aetate, auctore
atque usu in foro*. Marb. 1741.

2) AEM. LVD. HOMBERGK *de colle-
ctione*

ctione Nouellarum a Iustiniano facta.
Marb. 1741.

- 3) Textum graecum ediderunt GREG. HALOANDER. Norimb. 1531. f. Basileae 1541. f. Parisiis 1542. et alibi ; HENR. SCRIMGER. Basil. 1541. f. et Paris. 1558. f. Ille 144 protraxit, hic 20. addidit Nouellas, quibus accefferunt tres aliae opera Antonii Contii e Cuiacio decerpae.
- 4) Versionem adornarunt a) *Iulianus* Antecessor Constantinopolit. qui in suam *epitomen* An. 570. conscriptam retulit 125. nouellas, deinceps saepius recusas, praesertim curante ANT. AVGVSTINO. Ilerdae 1562. 8. et denuo cura FRANCISCI PITHOËI. Basil. 1561. f. b) GREGORIUS HALOANDER ad latus textus graeci. Norimb. 1531. f. et solam latinam versionem Parisiis 1550. 4. Ibid. 1562. 8. c) HENR. AGILAEVS. Paris. 1560. 4. Basil. 1561. 4. Colon. 1562. 8. d) IO. FRID. HOMBERGK. Marb. 1717. 4. quae prioribus palmam praeripit.

C 5

5) 60

5) GODEFR. LVD. MENKEN *de Nouellarum glossatarum et non glossatarum auctoritate iuris*, Lips. 1707. 4.

§. 22.

AVTHENTICAE.

AVTHENTICAE sunt *summaria nouellarum constitutionum legibus codicis, quibus per eas derogatum est, a glossatoribus subiuncta et typis iunctim excusa* (1). Nonnullae interspersae sunt constitutiones Imperatorum germanicorum. Irnerium non omnium omnino Authenticarum auctorem esse magis est probabile. Eaeque in foro maximam partem derogant ipsis Nouellis (2).

1) CORN. van BYNKERSHOECK *de auctoribus et auctoritate Authenticar.* Hagae 1701. et in opusc. T. I. ALEX. ARN. PAGENSTECHEI *Irnerius iniuria vapulans, s. commentar. ad Authent-*

thenticas codici Iustiniano per Irnerium, ut nonnulli putant, parum curate, quin erronee adsutas aut ab eodem perperam omittas. Groningae 1702. Adde CHR. PHIL. RICHTERI expositionem omnium Authenticarum codici Imp. Iustin. insertarum. Ien. 1661.

- 2) De praerogatiua Authenticarum cf. HELLFELD *in Hist. iur. R.* p. 430. §. 66. et I. V. L. B. de CRAMER *in obseru. iur. uniu. T. IV. obs.* 1043. p. 94. §9.

§. 23.

COLLECTIO IVSTINIANEA
SVMMATIM SPECTATA,
EIVSQVE RECEPTIO IN
GERMANIAM.

Hi quatuor labores a) INSTITUTIONES, b) PANDECTAE, c) CODEX REPETITAE PRAELECTIONIS, d) NOVELLAE, (quibus per vitium accesserunt *libri feudorum*) sunt complexus iuris Iustiniani, vocant CORPVS IVRIS

IVRIS IVSTINIANEI (1), multis et iteratis editionibus illustre (2), quod primum a seculo XII. tacite inuasit in aulas, fora et academias Germaniae; postea autem, opinione iuris caesarei, sui momento obligatorii (2), a Maximiliano I. in ord. camer. an. 1594. publice confirmatum est; saluo iure patrio.

1) *Corporis iuris* appellatio legitur in *L. vn. C. de rei vx. act.*

2) Inter vulgatas, quae GOTHOFREDI nomen in fronte gerunt, editio antesignana est, quae curante SIMONE van LEWEN prodiit Amsteledami 1663. f. recusa. Louan. 1726. f; post hanc inprimis commendatur, quae Francof. 1663. et 1688. 4. lucem vidit; itemque GLEDITSCHIANA Lips. 1701., 1705., 1720. et 1740. 4. adornata; nitida pariter est, quae absque Gothofredi notis prodiit Amsteledami 1664., 1681., 1700. 8. mai. Ornatissima est GEBAVERIANA, Götting. 1767. 4, cuius Tom. II. adhuc sub prelo sudat; de reliquis editio.

editionibus consule BRENKMANNI
Hist. Pand. P. III. p. 4. BRVNQVEL-
 LVM P. II. cap. 14. p. 288. *sqq.* qui
 etiam varias corporis iuris glossati
 editiones p. 361. recenset.

- 3) Vanam opinionem de auctoritate
 iuris Romani in Germania, tanquam
 domestici, et de iure Romano a
 Lothario II. Imper. publice intro-
 ducto, profligarunt HERMANN.
 CONRING *de orig. iur. germ. cap. 23.*
seqq. HENR. CHR. L. B. de SEN-
 KENBERG *in Methodo Iurisprud. ap-*
pend. III. p. 95. - 162. Adde HEL-
 FELDIVM *in Hist. iur. germ. cap. VI.*
p. 167. sqq.

§. 24.

IVDICIVM DE COLLISIONE
 SINGVLARVM COMPILATIO-
 NVM INTER SE.

Quum autem legem posteriorem
 anteriori derogare manifestum sit:
 procul dubio

I) col-

I) collectio legum iustiniana omnem iurisscientiae anteiustinianae, quanquam ad iuris interpretationem utilissimae, aboleuit auctoritatem (1).

II) *Nouellae* (quae sibi inuicem pro aetatis ratione derogant) vincunt et omnes anteriores compilationes, et *Authenticas* male decerptas; secus subinde in foro (§. 22.).

III) *Codex repetitae praelectionis* sui momento derogat *Pandectis* et *Institutionibus*; nisi in his reperiantur correctiones singularum constitutionum antiquiorum (2).

IV) *Institutiones* cedunt *Digestis*, tanquam auctoritatibus suis, quatenus illae ex his haustae sunt, secus, si ex illis noua appareat legislatio correctoria.

I) IO. SAL. BRVNQVELL *Diff. de Codice Theod. eiusque in Iustiniano Codice, usu.* Ienae 1719. ECKHARDI *Hermenent. iur. cap. V. §. 216. sqq.*
2) Num

- 2) Num codex abroget Pandectis ?
negarunt HVBERT. GIPHANIVS et
FRANC. GRATIANVS de GVRZATO-
RIBVS, quorum scripta nuper recu-
di curauit ADRIAN BEGER *in illu-
strationib. Cod. Iustiniani.* Frf. et
Lips. 1767. Nostram tuerur sen-
tentiam LAVTERBACH *in Coll. th.
pract. Dig. proleg. §. VIII. num.
II. - IV.*

§. 25.

IVDICIVM DE CONFLICTV.
IVRIS ROMANI CVM
PATRIO.

Quanquam igitur quatuor illae com-
pilationes (§. 22) vna cum duobus
FEVDORVM libris, nomine CORPORIS
IVRIS IVSTINIANEI insignitae, (ex-
clusis XIII. edictis Iustitiani, Nouel-
uellis Leonis (I) aliisque constitutio-
nibus in calce subiungi solitis) vsum
forensem in Germania sunt indeptae :
eae

cae tamen non nisi in subsidium sunt receptae, saluis legibus et moribus patriis; quapropter I) Ius Romanum in capitibus notorie nunquam receptis, nec non in negotiis et institutis mere patriis, omnino exulat; II) in aliis vero causis pro iure Iustiniano tamdiu militat praesumptio, donec liquido probetur ab allegante lex vel consuetudo Germanica non obsoleta nec oblitterata (2).

1) CASP. ACHAT. BECK *de Nouell. Leonis Augusti et Philosophi, earumque usu et auctoritate*; praemissa eius *Diff. de prouida Dei cura in dispensandis iurisprudēt. fatis*, adiectis *animaduersionibus et Mantissa Commentationum ad argumentum spectantium*, edidit D. FRID. CAROL. ZEPPERNIK. Halae 1779. 8.

2) Cf. SCHOTTII *Iur. Encyclop.* §. 109.

§. 26.

FACIES LEGVM IN ORIENTE.

Quamuis autem etiam post *Iustinianum* non desierit Imperatorum, nouas legum collectiones molientium, nomothesia (1): quo pertinet τῶν βασιλικῶν Διατάξεων opus a Basilio Macedone meditarum, a filio autem Leone Philosopho, LX. libris, leges iustinianae, ICTorum scripta, nouasque Imperatorum constitutiones, vna cum patrum et conciliorum placitis, graeco sermone complexum, an. 880. perfectum, sed ab ipsius fratre Constantino Porphyrogenneto a 910. correctum, sub titulo τῶν βασιλικῶν ἀνακτάσεως (2): atque Nouellae Leonis et aliae constitutiones (3): hae tamen leges, sicuti et ius Anteiustinianum, solum vsu theoreticum habent, minime forensem; quem nequidem in oriente habere manifestum est.

(1) Praeter graecam Institutionum paraphrasin a THEOPHILO (ut supra §. 18.)

D

ador-

adornatam, THALELAEVS, Antecessor Constantinopolit. Triboniani in colligendis Digestis socius, si non *versionem graecam*, (quam multi in dubium vocant) certe *Commentarios* graecos in *Digesta*, *Codicem* et *Nouellas* composuit, cuius exemplum STEPHANVS, DOROTHEVS et ANATOLIVS, (Tres viri, qui in concinnandis Pandectis simul operam suam collocarant) fecuti, *Digesta* atque *Codicem* versionibus, commentariis et interpretationibus illustrarunt; vt taceam THEODORVM HERMOPOLITAM, CYRILLVM, ISIDORVM, ATHANASIVM, aliosque, qui in *Digesta*, *Codicem* et *Nouellas*, dederunt Commentarios et illustrationes. Cf. BACHII *Histor. iur.* p. 626. - 640.

- 2) Nouis legum compilationibus in oriente accensendi imprimis sunt LX. libri Βασιλικῶν ab Imperatore BASILIO Macedone meditati, et a filio, LEONE PHILOSOPHO, opera SABBATHII A. C. 880. perfecti, quorum soli XLI. libri integri, reliqui imperfecti, a CAROLO HANNIB. FABROTTO.

TO. Paris. 1647. VII. Tom. f. editi sunt; accesserunt 4. alii libri IL. L. LI. LII. in *T. V. Thesauri MEERMANNIANI* cum animadversionibus REIZII, quos separatis rationibus recudi curavit DAVID. RHYNKENIUS. Lugd. 1767. f. D libris Basilicis generatim consule IO. ALB. FABRICIUM in bibl. graeca T. XII. p. 425. sqq., CUIACII *obseruat. lib. VI. obs. 9. sq.*, BACHII *Hist. iur. p. 656. sqq.*, qui simul de eorum utilitate in iurisscientia elegantiori differit p. 661. sq. §. VII. Adde HOEPFNERI programma, quod inscribitur: *praetermissa quaedam de Basilicon libris*. Giessae 1774.

- 3) De aliis Imperatorum orientis legum compilationibus adi eundem BACHIVM *l. c.* et HEINECCIUM *antiqq. Rom. proëm. §. 39.*
-

1707. Paris. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.



52


Klg 4856

ÖSTERREICHISCHE
KUNSTGEOGRAPHIE

BAND I

POLITISCHER BEZIRK K...

WIEN, ANTON SCHÖLLER & CO.



Farbkarte #13

B.I.G.

¹⁰
22
HISTORIA
VRIS ROMANI

IN
VSVM AUDITORVM
CONTRACTA

Kb 4856



KÖNIGLICHES
UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
ZVHALLE

HERBORNÆ 1785

